

impleri omnia que scripta sunt in lege et prophetis. et psalmis de me. hic rursus propheta rum nomen. excepti s psalmis intelligi voluit. Dicitur ergo lex vniuersaliter cum prophetis et psalmis. dicitur et proprie que per moisen data est. Item dicuntur cōmuniter prophe te simul cum psalmis. dicuntur et proprie preter psalmos. et multas alius exemplis doceri potest multarum rerum vocabula. et vniuersaliter pom. et proprie quibusdam rebus adhiberi. nisi in re aperta vitanda sit longitudo sermo nis. hec ideo dixi. qz ne quis qd propte rea nos inconuenienter existimet carita tem spiritum sanctum. quia et de2 pa ter et deus filius potest caritas nuncu pari. Sicut ergo vnicū dei verbū proz prie vocamus nomine cum sit vniuersal iter et spiritus sanctus et pater ipse sa pientia. ita spiritus sanctus proprie nū cupatur vocabulo caritatis. Sed dei verbum id est vngentus dei filius ap te dictus est dei sapientia. ore apostos lico vbi ait. cristum dei virtutem et dei sapientiam. Spiritus autē sanctus vbi sit dictus caritas inuenimus. si diligen ter iohānis apostoli scrutemur eloqui um. Qui cum dixisset. dilectissimi dilu gamus inuicem quia dilectio ex deo ē. sequutus adiunxit Et omnis qui diligit ex deo natus est. qui nō diligit nō cog nouit deum quia deus dilectio est. hic manifestauit eam se dixisse dilectionez deum quā dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio. Sed quia et filius ex deo patre natus est. et spiritus sanct2 ex deo patre procedit. quē potius eoz hic debeamus accipere dictum esse dil a ctionem deū. merito queritur. pater em solus ita deus est. vt nō sit ex deo. Re per hec dilectio que ita deus est vt ex deo sit. aut filius est. aut spiritus sans ctus. Sed in consequentibus cū dei dil ectionem commemorasset. nō qua nos eum. sed qua ipse dilexit nos. et misit filium suum luctatorē pro peccatis no

stris. et hinc exhortatus esset vt et nos inuicē diligamus. atqz ita in nobis de2 maneat. quia vtiqz dilectionem deū di xerat. statim volens de hac re apertius aliquid eloqui. in hoc inquit cognosci mus quia in ipso manemus. et ipse in no bis. quia de spiritu suo dedit nobis. fa cit nos in deo manere et ipsum in nobis. hec autem facit dilectio. Ipse igitē dei dilectio Demqz paulopost cū hoc ipm reperisset atqz dixisset. deus dilectio ē. continuo subiecit. et qui manet in dile ctione in deo manet. et deus manet in eo. Vnde supra dixerat. In hoc cogno scimus quia in ipso manemus et ipse in nobis. quia de spiritu suo dedit nobis. Ipse ergo significatur vbi legitur. de us dilectio est. Deus igitur spirit2 sans ctus qui procedit ex deo. cum dat2 fue rit homini. accendit eū in dilectionem dei et proximi. et ipse dilectio est. Non em habet homo vnde deū diligit. nisi ex deo. ppter qd paulopost dicit. Nos diligim2. qz ipse prior dilexit nos. apls quoqz paulus. Dilectio inquit dei dif fusa est in cordibus nostris. per spiritū sanctum qui datus est nobis. Nullum ē isto dei dono excellentius. *¶*

Capitulum xviii

Solum ē qd diuidit inter filios regni eterni. et filios perditio nis eterne. Dantur et alia per spiritum sanctum munera. sed sine cari tate nichil profunt. Nisi ergo tantum i parciatur cuiqz spiritus sanctus. vt eū dei et proximi faciat amatorē a sinistra non transfertur ad dextram. Nec spiri tus proprie dicitur donum nisi propter dilectionē. Quā qui nō habuerit. si lin guis hominū loquatur et angelozū. so nans estrumentū est. et cymbalum tinnēs Et si habuerit prophecā. et scierit oīa sacran. ēca. et omnez scientiā. et si habu erit omnē fidem. ita vt montes transfe rat. nichil ē Et si distribuerit omnē sub stantiam suam. et si tradiderit corpus